Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1014
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

De unctione puerorum. sacerdotum et regum.
Unguntur pueris scapule cum pectore vertex.
Ut Christum recolat penset onusque ferat.
Uncta sacerdotis manus est ad opus pietatis.
Et quia devotis manibus per sic sacramentis.
Principis et regis caput ungitur et inde Christi.
Hic iudex ipsi debet precellere cunctis.

Ungenti proprietates.
Emollit saniemque trahit de vulnere sanat.
Mortua corrodit. suavi blanditur odore.

Hec facta sunt in passione domini. vii.
Terra tremit. monumenta patent. et saxa secantur.
Scinduntur vela. radiique a sole fugantur.

De penis gehenne.
Flamma. gelu. fetor. vermis. flagella. caligo.
Larvorum terror. laquei mentisque procella.
Hec et tetra pena servat sine fine gehenna.

De ambitione hominum.
Non sic ambiret homines ad culmen honorum.
Ipse si scirent piniri facta minorum.
Spina quis est cupidus. levis est via. peccat superbus.
O si Christe. caro disciplina pellis mulieres.
O si remanet. caro disparet. tu pellis adheres.

De lingua venenata.
Lingua venenata mollis mordax et acuta.
Blasphemans mendax. stulta. superba. sagax.

De castitate
Vix pauper castus. siliquis et furfure pastus.
Et tu castus eris. si delicias epuleris.

De amore religionis.
Cum fero languorem. fero religionis amorem.
Expers languoris. non sum memor huius amoris.

De viii. sagittis domini.
Mors. morbus. calor. et frigus. sitis. esuriesque.
Cura. labor vite. domini sunt octo sagitte.

De luxuria.
Cum victus luxu vite velud an teneris.
Inclute quam tuleris. latro sinister eris.

De lingua.
Lingua brevis brevitate levis. levitate movetur.
Mobilitate loquax. garrulitate nocet.

De presbitero.
Presbiter audita multum discordat avita.
Aram sicut aram. meretricem. vestit ut aram.

De vetito
Nitimur in vetitum semper cupimusque negatum.
Plus interdictis estuat eger aquis.

De lege domini.
Lex domini potat. cibat. et facit immaculatum.
Confirmat. penetrat. sanat. ditat. ornat. et armat.
Luciditat. accendit. facit et sine fine beatos.
Convertit. occidit. animas convertere novit.

De ignominiis domini.
Sputa. flagelle. mine. colafi. probra. lancea. clavi.
Fecit fine nostre medicamina ruine.

noe Job. daniel.
Ille vir est iustus. quicumque viriliter obstat
Ille vir est quem non variat fortuna biformis.
Ille vir est quem non frangit sexus muliebris.

De officio angeli.